



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Dogmata Ecclesiæ Romano-Catholic[a]e, Nouatoribus contraria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Honorius Augustodunensis, Odo Cameracensis: Leo Tuscus, Ioan. Balerius, Olfundus Salisberien. Ioann. Salisberien. Guiliel. Signiacen. Zonaras Nicetas Choniates. Ioan. Baudinus. Balsamon, Petrus Cantor, Theodorus, Potho. Sigebertus.

Dogmata Ecclesiae Romano-Catholicae, Nouatoribus contraria.

I. *Missam, Ritumque eiusdem* asserunt Honorius Augustodunensis, & Odo Cameracensis in Canonē Missae: Hugo Victorinus, Rupertus Tuitien. Leo Tuscus in Liturgia Chrys. Ioan. Balerius Osmundus Salisberien. lib. de Eccl. Officijs.

II. *Gratiam Dei, Fidem, Iustificationem* asserunt Honorius de praedest. & lib. arb. Et in Ps. 17. Richardus l. de statu hominis c. 12. 16. Et in ep. Pauli passim. Bernard. se. de Aduentu Dom. Et in Cant. ferm. 67. Petrus Cluni. li. 2. contra Iudaeos c. 4. Rupertus lib. de victoria verbi. Magister sent. li. 3. dist. 19.

III. *Eucharistiae veritatem, Transubstantiationem, Adorationem, Sacrificium* asserunt Bernardus ferm. de Coena Dom. Petrus Clun. contra Petrobrusian. Et libr. 1. ep. 2. Magister sent. 4. dist. 8. Bandinus lib. 4. c. 9. Rupertus libr. 16. in Ioann. Et libr. 2. de diuin. offic. c. 2. 22. 23. & lib. 1. cap. 28. & alibi. Richardus li. de Sacerdotio Melchisedech. Guilielmus Signiacen. li. de sac. altaris. Leo Tuscus li. de Liturg. Chryl. Balsamon, Zonaras, Nicetas Chon.

IV. *Baptismi Effectum, Necessitatem, Alienam fidem, Ceremonias* docent Magister sent. 4. dist. 3. Bandinus li. 4. c. 3. & passim alibi. Bernardus ferm. de Coena Dom. Rupertus li. 10. de diuin. offic. c. 5. Pet. Cluniacen. lib. 2. contra Petrobrus. Balsamon in Canon es Apostolorum & Synodor. Honorius in speculo Eccles. Nicetas Choni. Zonaras &c.

V. *Poenitentiam, eiusque partes* docent Magister sent. 4. dist. 14. Bandinus l. 4. c. 13. Hugo lib. de Conscientijs. Petrus Cantor. cap. 106. Balsamon in Canon. &c. Theodorus. &c.

VI. *Claues Ecclesiae, & Absolutionem* docent Petrus Cantor cap. 21. Magister sent. 4. dist. 13. Bandinus ibidem. Richardus lib. de potestate lig. & sol. Theodorus Balsam. &c.

VII. *Confirmationem, Sacramenta cetera, eorumque usum* docent Magister sent. 4. Bandinus li. 4. Hugo in li. de Sacramentis. Rupertus l. 5. de diuin. offic. c. 15. & seqq. Honorius in speculo Ecclesiae.

VIII. *Primatum Sedis Apostolicae* docent Bernardus ferm. de Ioan. Bapt. Et lib. de Consideratione: Et Epist. 133. 237. 285. Richardus lib. de autoritate Petri. Potho lib. 1. & 3. de statu domus Dei. Sarisberien. lib. 8. ca. 17. Petrus Cluniac. libro 6. Epist. 44. Zonaras, Cedrenus in vita Leonis.

IX. *Liberum arbitrium, & Bona opera* docent Bernardus lib. de libero arb. Et in Cant. ferm. 81. 82. & alibi. Magister sent. 2. dist. 24. Bandinus ibid. Honorius lib. de praedest. & lib. arb. Richardus de statu hominis inter cap. 2. 3. Hugo libr. de Conscientijs. Petrus Clun. libr. 1. de

Miraculis cap. 6. *Salisberienfis* libt. 5. capit. 4.

X. *Sanctorum Preces, Inuocationem, suffragia, Imagines, Reliquias* docent *Bernardus* multis term. & in Cant. *Honorius* in speculo eccles. Magister sent. *Rupertus* li. 4. in Zach. 10. & lib. 7. in Cant. *Richardus* super Cantica *Petrus Cluni.* li. contra *Petrobrus. Zonaras, Nicetas, &c.*

XI. *Preces pro defunctis, Purgatoriu* docet *Etherianus* libro de regressu animarum ab inferis. *Petrus Cluniac.* l. 1. de Mirac. & lib. 1. contra *Petrobrus.* cap. 1. 2. *Honorius* in speculo Eccl. Et serm. de Nat. Dom. Magister sent. 4. dist. 20. 21. 25. *Rupertus* li. 2. in Leuit. 42. Et in Gen. 32. *Bernard.* 1er. 66. in Cant. *Guil. Tyrius* lib. 18. c. 32. *Sigebertus* passim.

Hæresiarchæ Dissoni Papis in Sæculo XII.

BONGOMILI in Oriente orti ab *BASILIO* apostata monacho & Medico, qui cum diu sparsisset venenum alibi, demum Constantinopolim irrepfit: Non fefellit *Alexium Comnenum* Imp. doctissimum & doctorum iuxta amantissimum: hic se eius dogmata amplexari simulans ea dilaudabat, donec atheus *Basilius* se totum aperuisset: demum eum in publico combussit an. 1118.

Eius ista fuere Commenta: 1. *Trinitatem in Deo negavit*: 2. *Retecit libros Moysi, solum septem S. Scriptura libros agnouit*: 3. *Deum esse in forma humana*: 4. *Mundum à ma-*

lis Angelis creatum: 5. *Imagines execrandas, Crucem ridendam*; quam demones scite timeant: 6. *Baptismum Ecclesia esse Ioannis suum esse Christi*. 7. *Sacrificium incruentum esse contemnendum*: 8. *Eucharistiam esse Oratione Dominicâ*. 9. *Præter hanc orationem ceteras esse vaniloquia*: 10. *Suos concipere & parere Verbum Dei sicut B. V. Maria*: 11. *Nullam esse resurrectionem nisi penitentiam & vitam Euangelicam*.

TANCHELINVS irrepfit in Antuerpiam, ann. 1126. incessit demum cum tribus millibus armatorum; ipse in aureis vestibus crinitus, sed intextis auro crinibus. Dogmatizabat, 1. *Episcopale & Sacerdotale ministerium nil esse nisi commentum*. 2. *Eucharistiam nil conferre ad salutem*: 3. *Lotiones eius bibebant; scilicet at oves; reliquias eius colebant; beatas se credebant, quæ misceri cum eo valebāt; idque parentes & mariti gaudebant*.

Sanctus Norbertus contra eum missus multum iudauit dum eum profligaret.

PETROBRVSIANI anno 1126. orti in Arelatenſi terra ab *Petro de Bruis*. Hic fingebat. 1. *Infantes non saluari posse, nisi sub annos intelligentia; nec fidem eis prodesse alienam*. 2. *Templa esse subruenda; orationi seruire loca omnia, sacra non requiri*. 3. *Cruces non tolerandas, ut indicia nec inſanda*. 4. *Sacrificiam nil esse, nec offerendum, sed extirpandum cum Eucharistia*. 5. *suffragia pro defunctis, elemosynas, &c. nil prodesse, esse nugæ meras*; 6. *Pyra à crucibus extraxit, carnes coxit in Dominica Passionis, & carnes distribuit suis in Communionem*. At zelus fidelium eum combussit.

Innouauit eisdem errores in partibus Tolofanis *HENRICVS* apostata mo-